

*Alij autem in plures orbes seu sphaeras caelum
versimodè distribuerunt. Ex quorum sententiâ
orbis est corpus sphaericum duabus superficie-
bus constans, convexâ & concavâ, ad cuius mo-
tum movetur stella, non aliter ac clavus infixus
in rota aliqua, ad motum rotæ movetur. Variet-
as autem sententiarum ita habet.*

*Quidam tres caelos vel tres sphaeras in caelo
posuerunt: stellarum, Solis, & Luna.*

*Quidam tot; quot in universum sunt stellae,
errantes & fixa.*

*Quidam, ut Aegyptij, Chaldaei, Plato, Arist.
alii octo: videlicet septem planetarum, & fir-
amentum seu caelum stellatum, quod Aristotelis
illis fuit primum mobile.*

*Hunc numerum Astronomi temporis pro-
gressu auxerunt, & adjecerunt orbem αὐτοσπο-
νικὸν mobile. Hosce enim orbes divisere in mo-
bile primum & secundum. Primum mobile voca-
nt extremam sphaeram reliquas omnes ambien-
tem: quæ ab ortu in occasum 24. horarum spacio
motu velocissimo omnes secum inferiores orbes tra-
hit. Secunda mobilia dissepiscunt in 8. orbes pro-
prio diversis stellarum motibus, qui fiant motu
contrario, videlicet ab occasu in ortum: ita
suprema ex hisce sive octava sphaera stellas fixas
contineat: illi succedens sphaera reliqua, hoc ordine*

♃. ♄. ☉. ♀. ♁. ☾.

V. In-